

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

29. De Reddendo debito inter coniuges, altero eoru[m] existente adultero,  
quæstio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

diuiniabilitatem possibilem impedire ex concurso alterius causa. Et hoc duplice, vel causa quasi eiusdem ordinis, & haec est professio regularis, vel superioris ordinis, & haec est autoritas apostolica cum causa aliqua rationabili. Verum autem discordia orta inter coniuges huiusmodi sine spe remediis, sit rationabilis causa dispensandi, credidimus quod sic, consensu coniugum accedente. Tu in fauorem animarum, ne scilicet in adulteria ad lecentes ruant, ut permanere quasi cogantur dum separati perpetuo manerent. Tum ad euitanda homicidia, quae a desperatis coiugibus facile procurari possunt, praesertim, cum hac de causa Moses libellum repudiū permiserit. Tum ad bonum pacis restitendum inter eos: stabato hoc nunculo, quod causa discordiae est praesertim quia coniugi finis unitas est. haec de secundo.

Quo ad tertium responderetur ad primam obiectiōnē, & dicitur, quod in diffinitione matrimonii non ponitur indiuiniabilitas simpliciter, id est omnino, sed quantum est ex se, id est nisi impeditatur. Et propterea posito matrimonio, ponitur indiuiniabilitas personarum sic non omnino, indiuiniabilitati autem sic non repugnat impediti.

Ad secundum uero iam patet ex dictis, quod institutio refertur ad sacramentum perfectum in significando, & non inchoatum tantum. Quāmuis posset etiam dici, bene, quod Deus non instituit matrimonium indissolubile omnino, sed quantum est ex se, ut dictum est. Et ideo Papa non dispiciat contra institutionem diuinā, sed uitetur protestare sua, qua potest impedire aliam causam impeditibilem institutam etiam a Deo.

Ad tertium dicitur, quod coniuges non alites sanctificatur hoc sacramento, quam per gratiam grati facientem, & representationē Christi & animae per charitatem uitorum. Vnde cum utrumque sit separabile, nulla est hic sanctificatio habens effectum perpetuum. Vnde quāmuis non possit fieri quod coniuges non fuerint sanctificati, potest tamen auferri utraque sanctitas ab eis. Et propterea non est simile de eis, & de celiis consecrato, a quo non potest consecratio auferri. Nec est p̄pea minoris efficacia sacra mentū quod sacramentale, qm̄ longe maius est facere sanctum formaliter, et si amitti possit illa sanctitas, quam facere sanctum ministerialiter, & secundum quascunq; alias h̄moī de denominationes. Vnde sacramenta omnia, quia gratiam conferunt, magis sanctificant ceteris consecrationibus, licet non ita diuturnos habeant effectus propter uariam dispositionem subiecti, effectus n̄ consecrationum & benedictionum non exigunt nisi constantia subiecti, gratia autem & significatio ultra substantialē constantiam subiecti, exigunt immutationem voluntatis, & status, & propterea mutatis his definitū. Ad confirmationem autem dicitur, quod peccat supponendo id quod probare debet, & quod in dubio vertitur, hic n̄ nihil aliud dubitatur, nisi an vinculum ex sacramento matrimonij cōtractum semel, sit inseparabile à personis, quae contrarerunt, & argumentum hoc supponit, quia supponit, quod se habeat ad personas sicut corpus Christi ad species panis semel consecrati, quod constat se habere inseparabiliter. Vnde neganda est similitudo, quia vinculum matrimonij non habet necessariam cōexionem cum personis, sicut corpus Christi ad Hostiam, necessaria nanque connexio est, que impedit dispensationem.

Ad quartum patet responso ex dictis, negamus,

A scilicet significati cōiunctionem Christi ad Ecclesiam per contractum matrimonij. Posset quoque dici, quod coniunctio spiritualis Christi ad Ecclesia potest considerari duplice. Primo secundum suam rationem, & sic est solubilis: quia est coniunctio per charitatem viae. Secundo, secundum extrema, inter quae est, scilicet Christum & Ecclesiam, & sic est insolubilis. Et quia primo modo unio spiritualis consideratur per se, secundo per accidentem, ideo potest dici quod unio illa est solubilis, unio autem in conformitate naturae est omnino insolubilis, quoniam est secundum esse divinum hypostaticum. Hac responsio licet quo ad solubilitatem sustineri possit, non tamen euadit inconveniens de uinitate, & p̄pea non est totaliter ei imminentem. Ad confirmationem vero ex autoritate S. Tho. dicitur, quod loquitur de matrimonio consummato, ut manifeste patet, & ex articulo praecedente in responsione ad secundum conuincitur. Ad alteram autem confirmationem de bono sacramenti dicitur, quod propriè & formaliter loquendo, sacramentum quod est tertium bonum matrimonij, inuenitur quidē in matrimonio contracto, sed imperfecte, quia non nisi causaliter, inchoatuē & impeditibiliter, ut patet ex supradictis. In consummato autem inter fideles inuenitur formaliter, complete, & ut necessarium simpliciter, & propterea consummato respugnat dispensatio, ut S. Thom. docuit.

B Ad autoritates tenentium oppositum nescio quid dicam, nisi quod si diligentius haec animaduertissent, forte sententiam mutassent. Romæ, die 24. Ianuarij, 1507.

#### TRACTATVS VIGESIMVS NONVS.

De reddendo debito inter coniuges, altero cōrū existente adultero, vñica quæstione contentus.

#### QVÆSTIO.

C Num vxor teneatur sub peccato mortali abstinere à carnali commercio viri publici concubinarij.

D Væritur, an vxor teneat sub peccato mortali abstinere à carnali cōmercio viri publici concubinarij. Et vir quod vir teneat ad abstinentiū se ab uxore publicè adultera, ergo econtrario. Antecedens pater in Scriptura, quia patronus est turpitudinis, qui crimen celat uxoris, ut in c. quemadmodum de iure iurando, dicitur, & in sacris canonibus extra de adult. c. si vir. & 32. q. i. c. i. & c. si quis vxorem. & sacris Doct. in 35. dist. 4. sent. Consequientia autem probatur, quia vir & vxor ad paria iudicantur circa fidem, libertatem, & debitum matrimonij.

E In oppositum autem est, quia vxor non teneat ad correctionem viri, sicut econtrario, quia vir est caput mulieris ut dicitur prima ad Corinth. i.

F Ad evidentiam huius sciendū est, quod auctus coiugij, quum fīm se licitus sit, ad hoc redatur illicitus ex alterius crimine, oportet vinculum aliquod nouum in innocētē deriuari ad hoc ut teneatur abstinere. Crimē autē mariti publici adulteri, quadrupliciter potest considerari, primo inquantum offensuum vxoris; secundo inquantum emendabile pro bono ipsius mariti, tertio inquantum punibile pro non cōmuni, quartō inquantum quandam malī speciem in coiugem ducit. Si primo modo sumatur crimen propositum, ipsum quidem uirum in lege coiugij errantem fidem uiolando priuatius.

M re exi-

re exigendi, non petendi actum coniugij. Iustum quippe est, ut iniuriam faciens matrimonio, & a fide recedens, ius cogendi alterum ad seruandum sibi promissum perdat, simplici tñ petitione actū coniugij postulare non prohibetur a volente sibi consentire, sicut in alijs debitis, quāuis extintis iure pōt creditor petere a voluntario debitore, q nō vult iuris rigore vti. Sed ex hac rōne vxore offendam in nullo ligat, non est n. addenda afflīctio, sat est q̄ quatenus offenditum est, ipsam afflīctio. Si secundo modo, vxor innocens nō tenetur ad abstinentiam actus coniugij, nisi vt haber rōne remedij curatiui criminis viri, & hoc quia non tenetur ad hoc nisi rōne p̄cepti de correctione fraterna, ac iuxtamandatum Dñi Matth.18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. si monitio verbis facta p̄ se, vel alios non sufficit, (quum ipsa non possit verbere virum adducere ad penitentiam, sicut econtrario) tenetur adhibere penalem medicinā, abstinentendo ab eo, & denuntiare Ecclesię, si hoc nō sufficit. Sed qm̄ p̄ceptum de correctione fraterna non habet locum, ybi non est spes penitentiae, qm̄ finis eius est bonū ipsius peccatoris,) ideo, si vxor non sperat penitentiam per hoc remedium, non tenetur ad illud faciendum, & tanto minus si credit q̄ peior fiet. Si tertio modo, sic quim procura-re bonum cōe in huiusmodi fiat per viam accusatiōnis, non tenetur vxor ex solo crimine adulterii viri, quum hoc non sit in corruptionem spiritualem, vel corporalem boni cōis, nisi annexam h̄et corruptelam fidei Chrīstianae, vel proditionem patrī, & huiusmodi. Si quarto modo, tunc pro tāto habet speciem mali, (vt communiter affirmatur,) quod innocens misceatur adultero publico, pro quanto videtur illius peccato cōsentire, correctionē debitanū non apponendo. Constat autem, quod si non est spes penitentiae per huiusmodi abstinentiam, correctionē hāc non est debita fm̄ veritatem, & quod si notum est, quod vxori hoc valde displaceat, & propterea ducit in amaritudine animam suam, (vt communiter accidere videtur) cestatio ratio apparenti mali & scādali actū in vxore. Enī omnibus igitur considerationib, opportunis concluditur, quod vxor innocens, & in amaritudine anime posita de viri adulterio publico, non sperans per abstinentiam actus coniugij emendationem viri, non tenetur ad abstinentiam ab eo, sed licet potest matrimonio vti tam petendo, quā reddendo.

Et ad obiectiones in oppositum dicuntur, quod nec vir tenetur ad abstinentiam, nisi subsit spes correctionis futura & ratione scandalū. Sed quia ad virtum spectat corrigere vxorem etiā factō, ideo tenetur ad vtendum omnib, remedij vitilibus sibi tamen conuenientibus, puta ad verberandum eā, segregandum q̄ue à prāctica, & huiusmodi, inter quā remedia computatur abstinentia a thoro illici, quando creditur expediens. Tenerit quoque magis ad euacuandum a se scandalū actuum, quia non facilē creditur vxorem publicē adulterari sine tacito consensu viri. Propter hāc nanque duo omnes autoritates allata dānanti virum nō separantem se ab adultera, vt patronū turpitudinis. Nec sacri canones intelligendi sunt condidisse nouum ius, sed applicasse doctrinam diuini iuris ad materiam matrimonij. Vnde & patrocinium peccati & patrocinatus turpitudinis, & huiusmodi quā diuini iuris sunt, afferunt. Et hāc de quāsione hac sufficient. Romæ die 14. Martij, 1513.

F T R A C T A T V S T R I G E S I M V S.  
De vīu sacrarū Scripturarū ab Eccle-  
sia vnica quāstione contentus.

## Q V A E S T I O V N I C A.

An apostol. sedes in sacris canonib⁹ abutatur  
verbis sacrae Scripturae.

**G** Haritate Iesu Christi cogente, quāritur an Apostolica sedes in sacris canonib⁹ abutatur verbis sacrae Scripturae. Et vide-  
tur quod sic. Primo, quia Clemēs sextus in extrauaganti, vniogenitus, de poen. & re. abutitur authoritate Prou. c.7. dum ad thesaurum, ex quo sunt indulgentia, applicat eam dicens, quod est thesaur⁹, quo qui vīlū sunt, participes factū sunt amici-  
tia Dei. Constat enim quod ad indulgentiarū gratiam non fit homo participes amicitia Dei, sed in omnimodo satisfacit pro pena debita.

Secundō quia Pelagius Papa in Decre. dist. 21. capitu. quamvis probat sedem Apostolicam esse prælatā cunctis ecclesijs Euangelica voce Matt. 16. Tu es Petrus, & quodcunque solueris, &c. Et tamē constat per illam Domini sententiam non esse Pe-  
trum prælatum ceteris.

**H** Tum quia verba illa dicta sunt Petro in persona omnium, sicut ipse Petrus respondit pro omnib. Vnde & sacri doctores intelligunt ibi non vni, sed vnitati & qualitatī omnium dictum. Quodcunque ligaueris, &c. Tum quia ipse Dominus replicauit in plurali eandem sententiam, Quæcunque alliga-  
ueritis, Matt. 18. Tum quia Dominus dicit, Quod vni dico omnibus dico, Mar. 13.

Tertiō, quia extra de consti. cap. translato. affer-  
tur authoritas Apostoli, Translato sacerdotio, ne-  
cessē est vt translatio legis fiat. Et decretalis senten-  
cia est, sacerdotium est translatū à Moysi in Chri-  
stum, & à Christo in Petrum, sic interpretantur Iu-  
rista: & Ponti. permitit seu approbat. Constat autem impiū esse dicere sacerdotium translatū à Christo in Petrum, abusivē ergo apostolica fides in fāis decretalib. sacram Scripturam assert, vim-  
que illi non infert.

In oppositum. est ipsius Apostolice authorita-  
tis dignitas.

Quāstio hāc mota est charitate urgente, ne hi,  
qui minus eruditū sunt legentes vulgatas has iniurias Apostolice sedi illatas, putent veras esse. Et si forte hi, qui nouitatis iustis student, dicant sapere ad sobrietatem, aut saltē cohibeant linguis suas. Deducet siquidem pastori & doctori omnū Christianorum R. O. Pontifici iā si quandoque transumptiū vterebar aliquā authoritate Scriptu-  
ra, vt crebre doctores sacri faciunt, detrahere non modo contumelias irrogare publicē scribendo, &  
abutitur sacra Scriptura, quod vim infert sacro elo-  
quio. Nunquam hoc ab Aug. Hier. Ambr. alijsque sanctissimis Doctribus didicimus. Si quis, inquit Iacobus Apostolus, putat se religiōsum esse non refrānas linguam suam, &c. huius vana est religio. Reducendus quippe est potius aut intellectus, aut sermo in captiuitatem in obsequium Christi i suo Vicario, qn̄ vīr nobis minus confona eius verba, modo fides salua sit, nec ponamus os in celū, prā-  
fertim q̄ humanum sāpē fallitū iudicium, & q̄ vīnus putat abusivē dictum, alter intelligit proprie-  
dictum. Et quia accidit in proposito, nulla si-  
quidē inducitarū auctoritatū abutitur sacri Ca-  
nones